

ejus pietatem spirantes, me exhibi-
 turum quidem legendas, at quo suc-
 cessu, dicere non posse, cum pleriq;
 per quos agendum, id impensè so-
 leant intersepire, quod mihi gratum
 esse intelligunt.

Prognostici exemplar unum suffi-
 ciet utriq; vestrum; Tabellarius
 enim pondere fasciculorum inten-
 dit mercedem. Salutem ei jussit ascri-
 bere D. Daniel Hizlerus, præclarissi-
 mè pollicitus operam, si qua in re
 possit illi prodesse, prædicator ejus
 donorum & diligentia.

J. Keplerus Matthiæ Berneggero

S. P. D.

CLarissime vir, Ephemerida in an-
 num 1618. novis typis edidi pa-
 ginarum 4. sumptuosum opuscu-
 lum: itaque si sunt, qui habere cu-
 piant, iis indices, die $\frac{13}{23}$ Sept. absolu-
 tam, & hoc die 1. Oct. Noribergæ es-

B. 6

se.